

1767.24.365.
SEVERINUS DE
**TRANSLATIONE FEVDORVM
AD CLERICOS**

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

QVAM

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

PRO

S V M M I S

IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

IN AUDITORIO PETRINO

D. XXI. MAII MDCCCLXVII.

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR

GODOFREDVS FERDINANDVS LINDEMANN

DRESD

IVRIS VTRIVSQUE BACCALAVREVS

LIPSIAE

EX OFFICINA LOEPERIA



DE
TRANSALATIONE FEODORVM
AD CEFERIOS

DISTRICTIO INVOCARVLLIS
LITURGIAE LITURGIAE ORDINIS
AVOTOKATIE

S U M M I S
IN ALTOAE URÆ HONORIAS

IN ALTOAE PATRINA
XXII MCMXCVI

ACROSS
COPPERAS HERBARIAS LINELVNN

ACROSS
LITURGIA
LITURGIA

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO

DVCI SAXONIAE IVLIAE CLIVIAE MONTIVM
ANGRIAET VESTFALIAE S. IMPERII ROMANI
ARCHIMARESCHALLO ET PRINCIPI ELECTORI
LANDGRAVIO THVRINGAE MARCHIONI MISNIAE
ET VTRIVSQVE LVSATIAE BVRGGRAVIO
MAGDEBVRGICO COMITI HENNEBERGAE
MARCAE RAVENSBERGAE BARB. HANNOVIAE

DOMINO RAVENSTEINII

ETC. ETC

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO
FRIEDRICO AGASTO
DACL SAXONIE LITVE CHIAVE MONTAV
ANGRIA ET ARSOPALIE S: IMPERII ROMAN
ARCHIMPERECHALIO ET PRINCIPI IMPERI
TURGENVIAO THRINGAS MARCIONI MARSIVE
ET ATRIASOAE TASAIAE BRUGCKVIAO
MAGDEBARGICO COMITI HENNEMERGAE
MARCVAE RAVENSBERGE BAR: HANNOVARE
DOMINO RAVENSTEINI
ETC ETC

ELECTOR SERENISSIME
INDVLGENTISSIME DOMINE,

 *Quam Tibi modo longe digniore viri et
virtute et eloquentia conspicui pietat-
em declararunt, eandem et me quamquam mini-
mo et indignissimo munere, deuoto tamen et summae
in Te reuerentiae pleno animo, Tibi sñas signi-
ficare. Enim uero cogitanti mihi, quale Tibi,
SERENISSIME PRINCEPS pietatis meae at-
que in patriam charissimam studii documentum
deferrem, heu, praeter hunc meum erga Te,
amorem nihil dignum quod exhiberem obtulit.*

Ecquid

*Ecquid autem est, tam exiguum, quod Tibi, S E-
RENISSIME PRINCEPS, non commendet offerentis
animus? Quid tam arduum, quod Te non longe
sit inferius? Preces fortasse, solae preces non
indignae maiestate videbuntur, quaeque vota
omnis Saxonia pro Tua salute, DOMINE, pro salute
MATRIS SAPIENTISSIMAE, et PATRI CELSISIMI sol-
vit, eadem et me sanctissime facientem, qua omnia
ferre soles, hereditaria quasi et a Divis patribus
accepta indulgentia, excipias*

**SERENISSIME PRINCEPS
AC DOMINO**

CELSITVDINE TVAE

GODOFREDVM FERDINANDVM LINDEMANN.

INDEX CAPITVM.

Praefatio.

CAP. I. De feudi et sacerdotii repugnantia.

- §. 1. Pugnant inter se quod omnibus in genere Clericis commendatur paupertas.
- §. 2. Quia Clericus negotiis debet abstinere secularibus.
- §. 3. Clerico prohibetur militia.
- §. 4. Leges expressae, quae Clericum videntur feudis excludere, veteris auctoris de beneficiis, Iuris F. Langobardici, Alemannici, Saxonici, nec non Speculi Saxonici.
- §. 5. Antiquissimis temporibus Vasalli electi milites, quoniam de omnibus feudis seruitia praefabant militaria. Quae cum non praestaret Clericus, restit a feudis excludebatur.
- §. 6. Veram fuisse mentem legislatorum, ut Clerici non in feudo succederent, vel inde patet, quod succedere eos in Geradam voluerint.

CAP. II. Quaratione feudum et sacerdotium inter se conueniant.

- §. 1. Mutati mores clericorum.
- §. 2. Textus pr. Cap. allegati non ad acquisitionem sed ad successionem spectant. Clerici dicti militiam facere Christo.
- §. 3. Exempla sacerdotum militum.

INDEX CAPITVM.

§. 4. *Iam recipere coepérunt in Capitula seculares, ipsum Caesarem, ut ipsi vicissim inter Vasallos reciperentur.*

CAP. III. Feudorum ad clericos translatio.

§. 1. *Quæstio tantum nobis est de feudis secularibus.*

§. 2. *Capitula habuerunt ius gladii.*

§. 3. *Feuda vexilli in clericos translata fuisse probatur Iure F. Altmannico etc.*

§. 4. *Exempla aliquot feudorum ad clericos translationis.*

CAP. IV. Quo iure sibi Clerici feuda vindicent.

§. 1. *Dicuntur clerici duas repraesentare personas, alteram secularem, alteram ecclesiasticam.*

§. 2. *Ipsè Pontifex Rom. Princeps factus est secularis, exercitus aluit, bella gesit.*

§. 3. *Ecclesia dicitur vasalla, prælati sunt provasalli. Nota investitura per baculum et annulum, et inuestitura per septrum, quae olim erat in usu. Hodie inuestitura principum secularium eadem est atque clericorum.*

§. 4. *Probatur Clericorum ad feuda accessio legibus. Iure Saxonico nouissimo nequidem prohibentur successione. Opus tamen est substituto. Neque hoc contrarium est iuri Canonico.*

§. 5. *Constituuntur casus septem, quibus tota nostra Differatio inuolvit, quibusque ubi succedere vel non succedere possit Clericus videas.*

§. 6.

§. 6. *Par etiam Protestantibus est ratio. Locus maximo et confus-
tudo est respicienda.*

CAP. V. *Quam vim feudorum ad Clericos translatio ha-
beat ad rem publicam.*

§. 1. *Videndum in quo verseris statu. In Republica et Democratica
ne nimia sit Clericorum potestas et opulentia videndum; in Mo-
narchia vero, despoticae practicue indulgere ipsis prudentia suadet.*

§. 2. *In malis, quae Clericorum nimia potestas parit maximum habe-
tur depopulatio. Familiarum diuitiae diminuuntur, cum augeri
debeant. Bona clericorum et ecclesiae pro mortuis habenda.*

§. 3. *Praestabat tamen feuda ipsis dare, quam allodia multa. Ex-
ponuntur Imperatorum, qui primi feuda in ipsis transfluerunt,
cur id fecerint, caussae et rationes.*

§. 4. *Hodie vero alii rebus publicis est facies.*

§. 5. *Prudentia potius contra Clericos utendum quam vi.*

Peroratio,

Cap. A. Quoniam omnes longiorum ac Clericorum tunicae pa
trot laudibus pulchritudine

Cap. A. Quoniam omnes longiorum ac Clericorum tunicae pa
trot laudibus pulchritudine

PRAEFATIO.

Antequam ad ipsam rem descenderemus, ex re
vism fuit, de nostro scribendi consilio pauca
praemittere, nostrum que libellum lectori
non tam commendare, quod esset hominis
immodesti, quam, quod ii faciunt, qui non temere in
scenam prodire audent verentes sanioris spectatorum
partis censuram, excusare. Non enim dubitamus, fu
turos esse, qui nos, post Ludewigium et Ge
bauerum, de Clericorum ad feuda admissione scri
psisse, vel temeritatis accusent, vel operam inutilem
plane ac perobscuram summisse existiment. Hi vero,
cum, quid res sit paulo accuratius considerauerint, non
habebunt, quod vitio nobis vertant: cum tam multi
plex sit, inter viros eruditos de hac re controv ersia,
eaque partim adeo subtilis atque intricata, partim anti
quitatis caligine tam offusa ac recondita, vt, si recte
pertractari debeat, Hommelio aut Boehmio opus sit.
Liceat igitur nobis a summorum; qui ante nos scrips
erunt, Virorum vestigiis secedere, nouam que, quantum
poterimus, viam aperire et quod illi vsu et consuetu
dine efficere studuerunt, ex ipsis Iuris Canonici et Fe
udalis libris deriuare, antiquissimorum que et recentissi
morum

morum temporum exemplis illustrare. Nullum est ius, nisi antiquam tueatur auctoritatem? Quid enim ad nos, an ius Langobardicum a successione in Feudis excludat Clericos, si sublatam in ea re iuris Langobardici et quotidie tolli auctoritatem videamus? Nostrum erit caussas et historiam tam celebratae mutationis exponere, et nostrum de ea re iudicium addere, qui in eo omne nostri qualiscunque laboris praemium ponemus, si lectori neque tam iniusti, neque nostro tantopere confisi ingenio vi si fuerimus, ut doctorum virorum censuram vel plane nos credit respuere, vel faciem prae nobis ferentes modestiae iis clanculum succensere, quibus palam bilem effundere et pudor disfudet et reverentia.

CAPUT

CAPVT I.

De feudi et sacerdotii repugnantia.

§. I.

Ne autem more egisse videamus eorum, qui cum tractant aliquam rem abducunt lectores ab aduersae partis sententia, quam, ut suam eo magis commendent, plane negligunt et ita, si diis placet, pacem sine bello cogitant: Dicendum nobis primo loco sumsimus de feudi et sacerdotii repugnantia, quae tanta quidem est, ut cum omnibus pene iuribus sit conscientandum, antequam inter se possint conciliari. Duo sunt, quae in principiis nobis obstant doctorum genera*: Doctores scilicet iuris canonici et iuris feudalis: Quorum ad suum quemque fontem redire iubeamus et in foro suo quasi compellamus peculiari.

Primum nobis sit cum iure canonico negotium et ita vbique procedamus, vt primum opiniones scriptorum, deinde contrarias leges afferamus.

Et quis est qui nesciat, Clericis vniuerse paupertatem commendari, opulentiam contra in vitiis haberi? „Ex his quisque facile intelliget, ait VAN ES-PEN, ** auctor in hac materia classicus, aliam de vita canonicali esse concipiendam ideam, quam quae vulgo concipiatur; vitam que canonicalem ex mente ecclesiae non esse

,insti-

* IACOBVS MENOCHIVS Papienfis
ICTus de arbitrii*iudicij* quae*flotibus*
et *causis* (Colon. Agripp.
1607. fol.) aduerlariorum numerat
quinquaginta tres, in his Iserniam,
Bartolom. Baldum, Isalonem, Nat-

tam, Cuiacium, Ludonicum Molinam et lemet ipsum, praesertim si de feudo ordinario sermo sit, Lib. II., Cent. III. Causa 231.

** De iur. ecclesiast. tit. 7. c. 4.

„institutam, aut ordinatam, vt quis commode, laute et honorifice secundum seculum viuat, sed vt a mundo abstractus omnibus eius praetensionibus renuncians vnicet Deo et ecclesiae siue orando siue laborando seruiat, vitam que clericalem iuxta sanctos canones eo feruentius instituat, quanto reliquis Clericis et nomine et dignitate praecellit.“ Ea quoque fuit teste PAVLO DIACONO * Viri egregii, vt vocat, et omnibus praeconiis efferendi Chrodogangi, quem Canonicorum ordinis ferunt auctorem et Antistitem, regula, quae ponitur in humilitate, quamque tantopere probarunt omnes, vt ipse Carolus M. ** eam seruari ac propagari expresse iuss erit. At quid nobis cum Chrodogango, cuius auctoritate facile carere possumus, cum notissimum sit votum paupertatis, quod strictius alii, alii laxius faciunt: Unde diuisio Clericorum in regulares et seculares suam traxit originem.

Paupertas vero ad regulam, bona et dicitiae ad seculum referuntur. Quemadmodum enim ii habentur Clerici, qui Laicis exemplo sint et face praeluceant sua, ita et Clericus ipse primo abstrahat a rebus secularibus animum, et Laicum spernere doceat secularia. Quin ipse HIERONYMVS *** ditionibus Clericis ita praecepit: „Qui ditor est sacerdos cum venit ad sacerdotium, quidquid plus habuerit, non filii debet dare, sed pauperibus et sanctis fratribus et domesticis fidei, qui vincunt merita liberorum, vt reddat domino quae domini sunt, vt loquitur euangelium..“ Quid de ipsis Clericis sentiendum, cum neque liberos Clericorum diuites esse

* In fragm. de Episc. Metens. apud DV CHESNE tom. II. Coll. Script. Rer. Franc. et continetur haec Chrodogan-
gi regula in LABBEI tom. VII. concil.

** Cf. capitul. Aquisgr. de anno 789. cap. 72. sq.

*** In Ezech. c. 46,

et Patres iubeant, et ipsa dignitas ecclesiastica, non illa, quae nominibus et titulis quaeritur, sed quae in vita digne homine ecclesiastico instituenda. „Et puto maiores nostros satis animaduertisse, nihil ecclesiae extitius pestilentius que esse, quam ministrorum eius nimiam opulentiam. Nam ut in omni genere mediocritas illa, quam optimus poëta auream vocat, merito commendatur, ita modus facultatum, summopere hic necessarius est,“

§. II.

Paucis attigimus praecedente paragrapho, Clericum ita animum a rebus secularibus debere abstrahere, ut se totum Deo deuoveat, quae in terris sunt spernat, et unicam curam Deum habeat. Praeter paupertatem, hominibus ecclesiasticis olim tam serio commendatam, qua propter a feudorum possessione exclusos fuisse constat, nouam rationem cur in feendum succedere non possint, aduersarii nostri querunt in eo, quod omnibus omnino rebus secularibus abstinerentur iubearunt.

Non opus est titulum Decretalium de ea re commemo-
rare peculiarem, non omnia quidem, quibus immisceri prohibentur, *secularia negotia recensentem*, sed uti primi Capituli sunt verba, *pauca tantum perspringentem*. Prohibentur autem quaestu, contentione, disputatione in palatio seculari, iocis et ludis secularibus, venatione id que genus aliis et ut breuis sim, Nemo militans Deo, ait Apostolus, impliceret se negotiis secularibus. Hinc inferunt aduersarii, Clericos ad feuda non admittendos esse.

§. 3.

* Sunt verba FRANCISCI D'ARENÆ lib. II. de SS. eccl. minist. c. 4.

§. III.

Neque in hoc acquiescunt, sed grauioribus vtcunque argumentis, ad quae properabimus, insurgunt, et cum huc usque minora velut e longinquo in nos tela, quae ob leuitatem non moramur, emiserint, iam acrius instantes cominus aciem instruunt. Quae attulimus argumentis opus erat ratiociniis et conclusionibus quod studebant, efficere: Quid si res ipsa tam clare loquatur, vt nullum fere cuicquam super sit dubium? Et cui vel modice scientia iuri's imbufo non notum sit, feudorum eam esse naturam, eam que legem, vt Vafallus domino praefet seruitia? Quem fugiat, feuda ab antiquissimis inde temporibus ideo fuisse constituta, vt haberent domini, qui eos in bellum sequeretur comitatum: vt sibi compararent duces, et exercitus: vt essent, qui tuerentur fines: qui imperii curandi in se fusciperent molestiam; Dominus ipse sentiret, fructus et commodum? Quae si quis in Clerico reperire sibi videatur, parum abforet, quin sententiam pro aduersariis pronunciet. Et quis non tritum et decantatum audierit illud: *Ecclesia non sit sanguinem,** quod et hodie adeo obseruari solet, vt venia opus sit Pontificis, si quis miles a seculo, vt vocant, ad Clerum transire velit. Illustre et iucundum Saxoni esse debet exemplum Principis Saxoniae serenissimi Clementis Wenceslai Episcopi Frisingensis, Coadiutoris Episcopatus Augustani, qui cum vero patriae amore, et vt par esset fratribus serenissimis, incitatus pro patria pugnare non dubitasset, altiori euocatus nutu, Deo tandem obtulit, quod iam patriae praestiterat, et misso habitu bellico Pallium summis episcopale: id tamen non prius nisi accedente demum Pontificis Rom. dispensatione. Quid cum dispensatione indigent, si ecclesiam transire ve-

B 2

lint

NETTELBLADT de ecclesia sanguinem non sientem.

litt ii, qui cum nulla lex prohiberet, nullum vetaret ius Canonicum, militiam fecuti sunt: quid ii qui Clerici in bellum proficiscuntur? Sunt autem leges innumerae fere, quae Clericos arcent a militia. In praeceps habenda est, quae continetur cap. 2. X. de vita et honest. cleric. „Clerici arma portantes, et usurari excommunicentur.“ Eodem referre solent, cap. 4. X. eod. tit. „Si quis ex Clericis comam relaxauerit, anathema sit. — Nos qui reliquimus seculum, inquit concilium Moguntinum Cap. 74. id nobis omnibus obseruari volumus, vt arma spiritualia habeamus, corporalia dimittamus, et Concilium Wormatiense sub Pipino celebratum Can. 16. vt arma Clerici non portent.“ Non pila querunt ferrea, teste AMBROSIO can. 3. caus. 23. qu. 8. non arma Christi milites. Coactus repugnare non noui, sed dolor, fleetus, orationes, lacrymae fuerunt mihi arma aduersus milites. Omnia autem, quae speciatim diximus, ad unum quasi punctum contulit CLAVDIVS ESPENCAEVUS. „Exercitia bellica clericorum et episcoporum officiis maxime repugnant, primum quidem generali ratione, quia bella praenimia in quietudine quam plurimum impediunt animum a diuino cultu, diuinorum contemplatione, oratione, doctrina, reliquo que clericali ministerio. Ut ergo secularia negotia ceu nimis a liuum implicantia clericis interdicuntur II. Timoth. 2. sic exercitia bellica ratione item speciali; nam sacri ordines ad altaris ministerium ordinantur, in quo domini passio renunciatur et annunciatur. *

§. III.

Iam cum de iure Canonico vidimus, transeundum nobis est ad Ius Feudale. Et vetustissimum quidem ius feudale arcet

* Conf. CLAVDIVS ESPENCAEVUS Lib. II. digr. cap. 6.

arcet omnino clericos a successione in feudis; quo que remotius nostris temporibus est, eo seueriorem iudicis formam induit. Neque id mirum: mores enim Clericorum nondum erant corrupti; nondum militiam sequi, rebus que se immiscere secularibus, ausi erant; seruitia Vasalitica non remitti, non in censum seu redditus mutari, nondum per substitutos praefari solebant. Quocunque igitur in iure feudal i oculos conferas, ubique fere Clericos cum feminis pari passu ambulare, ubique homines ecclesiasticos a feudis excludi cognosces. Sic enim VETVS AVCTOR de Beneficiis: * „Clerici et mulieres, rustici et mercatores, et iure carentes et in fornicatione nati, et omnes qui non sunt ex homine militari ex parte patris eorum et aui, iure carent beneficiali, et ut ad antiquissima regum Francorum tempora recurramus, in horum capitularibus et conciliis expresse dispositum legimus: ** „Seruis Dei per omnia armaturam portae, aut in exercitum et in hostes pergere omnibus prohibimus, nisi illis tantum qui propter diuinum mysterium, missarum scilicet, adimplendum et sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt: id est, virum vel duos episcopos cum capellanis et presbyteris, qui hominibus peccata confitentibus iudicare et poenitentiam indicare possint.“ Iuris vero feudalis Langobardici tot pene habemus leges, ut haud temere vereamur ne, quod raro scribentes metuunt, molesti simus lectoribus.

B 3

Vnam

* Cap. I. §. 4. in SENKENBERG Corpore iur. feud. German. p. 159. qui locus ita se habet in versione, Lehni recht darben. Cf. Sächsl. Pfaffen, Bib, Dorfere Kaufthe und alle, die Rechtes darben oder umecht gebeuren sin und alle, die nichten sin von Ritters Art, von B 3. 179.

** Conf. Monimenta Baderhorn. p. 86. 88.

Vnam tantum principem omnium quamuis notissimam totam repetere liceat. Continetur II. Feud. Tit. XXI. „Miles qui beneficium tenebat, cum esset sine liberis venerabilis domum intravit, et seculo renunciando arma bellica depositus, habitum que religionis adsumit, et sic conuersus factus est. Hic donec vixerit, feudum retinere contatur: quod dominus vel agnatus ad se pertinere contendit. Sed iudicatum est, domini, vel agnati conditionem esse potiorem, eo quod desit esse miles seculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.“ Quae reliquae sunt leges saltem indicasti sufficiat, II. F. Tit. 26. Tit. 30. Tit. 36. Tit. 109. Miles Christi seruat Christo. Milites seculi seruant seculo — Inter mutos, surdos, coecos, claudos vel alio modo imperfectos, quod multis ridiculum videri possit, interdum etiam Clerici connumerantur. Eadem sententia est iuris feudalismi Alemanni. §. 4. * Pfaffen, Wibe und gebüren, und alle die nicht von ritterlicher Art sind gebohren, und di nit elich geboren sind, die sulten alle nit Lehnrecht haben. Speculo etiam Saxonico sanctum est. ** Begiebt sich aber ein Mann zum Mönchleben der zu seinen Jahren kommen ist, er hat sich vom Landrecht und Lehnrecht gelegt, und seine Lehnen sind dem Herren ledig. Sed quid moror lectores. Sunt SENKENBERGII, SCHILTERI, STRVII, HOMMELII, TITII, FLEISHERI; hos lectoribus nostris commendemus.

§. V.

Quae §. tertia diximus, partes agentes Iuris Canonici, eadem et nunc nobis dicenda. Sed nulla Scriptor dignus est,

* In SENKENBERGII Corp. Iuris
feudalis p. 20.

** Lib. I. art. 25. editionis Ludo-
vicianae p. 75, 76.

est venia, qui cum ipse crimen repetitionis fastidiosae se incurrere sentiat, tamen vel centies dicta in odium lectoris repetit. Ibi autem feudorum origines paucis exposuimus, atque hoc monuisse sufficiat, quod nemini nisi qui sit idoneus militaribus seruitiis praestandis, feuda conferri soleant. Vasalli militum vsu veniunt nomine, et ideo, ut verba Capitul. Caroli M.* in nostram dissertationem transferamus „quia nos volumus beneficium illi dare, qui nobis bene seruierit.“ Omnes vero Vasalli milites, omnes etiam, si recte intelligatur, milites vasalli. Clerici igitur eodem quo mulieres iure feudis excludebantur, nempe quod seruitia praestare non possent. Inde si quis ad feudum Clericus admitti vellet, necesse erat, ut Dominus seruitia remitteret, quod probatur ex Charta Caroli Crassi Imperatoris pro ecclesia Francoforiensib** vbi expresse dicitur: „Et ab illo Abbatte, cui praedicta capella commissa est, nulla vñquam hostilis expeditio, exigatur, nec vllus et inde quidquid auferre praesumatur.“ Eodem modo Fridericum imperatorem legimus Eginonem, Curiensem Episcopum ab omni seruitio Curiae et imperii sui liberasse. *** Remissis enim seruitiis non exigeabantur, et recte a quo exigi non poterant, quia leges praestare prohibebant, neque ad feuda admittebatur neque in iis succedebat Clericus.

§. VI.

E contrario ICti aequiores profecto erga sacerdotes futuri quod Iure feudali et canonico ipsis detractum fuerat, alio

* Conf. CAPITVL. CAROLI M. Lib. V. c. 377. apud STEPHAN. BA-

*** Eundem absolvit etiam Henricus filius in imperio successor in diplomate, quod excerptum inuenies in GUILMANN. VI. Hapsburg.

** Citante DV FRESNE in Glossar, f. v. expeditio.

c. p. 221.

alio modo compensare studuerunt, atque mulieres et clericos, summa rationis similitudine a feudis exclusas succedere voluerunt in Geradam. Quin tam diligenter de hac resollicitus fuit scriptor speculi Saxonici, ut molestum sibi meti ipsi potius et anxium in depingendo homine ecclesiastico vocare possit. Ita vero inquit *Libr. I. art. 5.** Man mag aber keinen Mann achtet, vor einen Pfaffen, er sey denn gelehrt, und zum Pfaffen geweyhet, und mit einer Blatten gezeichnet, ehe denn ihm die Gerade ansfirbt. Et paucis ante, der Pfaff nimmt gleichen Theil mit der Schwester in der Mutter Gerade, und gleichen Theil der Bruder an Eigen und Erben. Et ne quis forte misere decipiatur, credat que his verbis feudum denotari, egregie profecto ac prudenter sibi cauit, addita explicacione: Mit welchen Guth der Mann erfirbt, das heisst alles Erbe, es sey denn Lehn.

Nunc quomodo haec feudi et sacerdotii repugnantia, quam maximam fuisse vidimus, neque enim lectores nobis objicent quod neglexerimus sententiam aduersariorum, sublata fuerit, dispiciamus.

CAPVT II.

Quia ratione feudum et sacerdotium inter se conueniant.

§. I.

Iam ad nostra castra ex suis transeant paulatim aduersarii. Diximus, quid ius strictum imperet, quid leges ecclesiae, quidue mores ipsorum Clericorum antiquissimis temporibus tulerint. Nunc quid ex his fuerit immutatum, expónamus.

Iam

* *Conf. Spec. Sax. Lib. I. art. 5.* edit. Ludovic. p. 19. 21.

Iam vero nemini censeo dubium fore, quin moribus mutatis
 leges etiam mutari debeant, et inde omnes facile intelligent,
 eas tantum bonas esse ac salutares leges, quae ad hominum
 mores diligent ratione sunt compositae. Atqui autem illa
 paupertas honesta, antiqua virtus, legibus obtemperatio,
 a secularibus negotiis abstinentia, pariterque simplex illa et non
 siccata sanctitas, quae Clerici in patrimonio habere intellige-
 bantur, etiam derelinqui sensim a multis coepit. * Et quid
 dissimilem? Quilibet homo ecclesiasticus, penes quem
 vetus illa et spectata probitas nondum exoleuit, (quis au-
 tem bonos multos et antiqueae virtutis memores non ad
 nostra tempora peruenisse credat?) non poterit non nostrum
 laudare consilium. Avaritia et ambitio pedetentim etiam in
 Clericorum se insinuare cooperant animos. Quid? Iam
 SVLPITIUS SEVERVS: „Si quis, inquit clericus fuerit ef-
 fectus, dilatat continuo fimbrias suas, gaudet salutationi-
 bus, ipse etiam ubique discurrit. Et qui ante pedibus et
 asello ire confueuerat, spumante equo superbus invehitur,
 parva prius ac vili cellula contentus habitare, erigit celsa
 laquearia, construit multa conclavia, scalpit ostia, pingit
 armaria, uestem respuit grossorem, indumentum molle de-
 siderat.“ Et BONIFACIUS in epistola ad Zacharium pon-
 tificem: ** „Inueniuntur etiam quidam inter eos episcopi,
 qui licet se fornicarios et adulteros dicant non esse, sunt
 tamen ebriosi et venatores, et pugnant in exercitu armati,
 et effundunt propria manu sanguinem humanum sive pag-
 norum sive christianorum.“ Cum itaque mores mutaren-
 tur, cum aut ingens Clericorum multitudo, aut incredibi-
 lis

* Conf. Ep. ZACHAR. ad BONI-
 FAC. ad annum 742. n. 8.

** Apud IOH. MABILLONIVM
 in act. Benedict. sec. III. P. 2. p. 55.

lis hominum pietas efficeret, ut et ecclesiae et seculo sufficiere se posse crederent, vel ut rectius dicam, cum diuitias et potentiam praeserrent paupertati et demissione animi: quid mirum, quod etiam feuda appetere cooperint secularia? Ecclesiasticorum enim, de quibus hic non loquimur, neque vlla de hac re est controversia, acquirendorum tantam fuisse cupiditatem, ut, cum ipsis essent ab Imperatoribus agri et praedia teste THOMASINO* erpta, militibus que data id adeo aegre ferrent Clerici, ut fabula de aeterna damnatione Caroli Marelli, ** qui primus decimas militibus distribuisse dicitur, vel a pueris decantata fuerit.

§. II.

Neque vim facere juri feudali videbantur, qui feuda secularia ambire gestiebant Clerici. Qui feuda ecclesiastica haberent, quidni capaces essent feudorum Secularium? Ait expresse, ait, contradicit jus feudale Langobardicum, Alemannicum, Saxonum? Ego vero sententiae Illustris Hommelii, *** subscribo, affirmantis, hos textus ad successionem Clericorum non ad acquisitionem pertinere. Successio Clericis prohibita in feudis, non istorum adquisitio, id quod ex subsequentibus verbis apparet: „Welcher Herr dieser einen ein Gut leyhet, daran haben sie wohl Lehnrecht in dem Gute, „+ nec non ex iure feudal Langobardico. †, personam vero investituram accipientis non distinguimus, nam etiam seruus uestigiri poterit, nisi ignorantia praetendatur.“ Vrges:

Et

* Conf. THOMASINVS P. II. aber, das alle diese Texte nur von de discipl. eccl. Lib. III. c. XIII. §. 5.

** Tota legitur fabula apud A. LYZIUM Tom. II. capitul. p. 409, her, da wir von der ersten Erwerbung handeln, nicht zu ziehen sind.

*** Hommels academische Re- Conf. VETVS AVCT. de benef. c. 4. den, sc. Cap. IV. §. 14. p. 150, Mercede †† II. F. 3.

Et seruus capacior feudi est, quam Clericus: Corpore robusto, feroci animo, nulla lege a bello abuocante quis melius seruitia praestare poterit? At vnde probabis Clerici militiam, bone vir? Manum cohibeas! Nonne dicebantur clerici militiam facere? nostin sacros ordines militares? Qui militant, ecclesiae vocantur c. I. X. de Clerico aegrot. Et ARBO, Floriacensis Abbas,* Haec, ait, sententia quae ad milites loquitur, potest etiam ad clericos retorqueri, quia etiam, „si non militare videantur seculo, Deo tamen militant, sicut ait Apostolus: Nemo militans Deo implicit se negotiis secularibus.“ Sunt igitur vtique sub militum nomine Clerici quodam modo comprehensi. Sed quid haec militia ad seuda secularia? In feudis ecclesiasticis, non in nostris, ipsi locus est quaerendus.

§. III.

Ipsam denique, misso habitu ecclesiastico, militiam ingredi, arma portare, ad bellum proficisci, et sanctas manus sanguine aspergere non dubitauerunt. Celeberrima occurunt eius rei in historiis exempla, quorum copia tanta est, vt, si paucissima attulero, nimia atulisse verear. SCHVRTZFLEISCHIVS**, vt rem ab initio repetam, et quis summo viro contradicat? primum prosectum esse in bellum narrat A nepotem episcopum, id que confirmat testimonio ADONIS VIENENSIS ita dicentis: „Anepos episcopus secularis conuersationis vir duxit exercitum Francorum contra Wiliarium, vbi gravissima caedes est facta ao. 712., Aliud exemplum

C 2

occur-

* ARBO Abbas in collectione canonum apud MABILLONIUM Tom. III, Analector. p. 336.

** Conf. SCHVRTZFLEISCH in epist. de vera orig. super. motuum Belgicorum, et BOEHMERYS in Iure Protest. Lib. III. tit. I.

occurrit apud ALBERTVM STADENSEM,* „Anno, inquit,
 „Domini MCLXXII. Christianus Moguntinus imperialis au-
 „lae cancellarius et sedis Apostolicae legatus, cum Brabantii-
 „nis per Lombardiam et Thusciam omnia depopulans Bo-
 „nonienses invasit et in equo residens, induitus thorace et
 „desuper tunica hyacinthina, habens in manibus clavam tri-
 „nodem ipse in eodem proelio dicitur stravisse novem ho-
 „mines propria manu.“ Postea ipsi reges seruitia militaria
 a clericis postulare,** quapropter PASCHALIS Pontifex ad
 Henricum regem ita scripsit: „In vestri regni partibus episco-
 „pi vel abbates adeo curis secularibus occupantur, vt comi-
 „tatum assidue frequentare, et militiam exercere cogantur,
 „quae nimirum aut vi, aut nullo modo sine rapinis, incen-
 „diis, sacrilegiis aut homicidiis exhibetur.“*** Nullibi vero
 frequentiora reperiuntur exempla, quam in Germaniae histo-
 riae scriptoribus. „Post obitum Henrici de Brunsvic, ait Chro-
 nicon Hildefense, † Dominus Papa prouideret de episcopatu
 Hildesemensi cuidam venerabili et bono viro de ordine pree-
 dicatorum Sacrae theologiae doctori, quem regulariter vo-
 cabant episcopum Ioannem Schadelant, qui in principio
 introitus sui requisiuit de libris diuinis et legalibus praede-
 cessorum. Tunc officiati curiae ostendebant loricas, cly-
 peos et galeas dicentes: quod tales fuissent libri praedecessorum suorum.“ Omittimus Vidichindum †† et alios pluri-
 mos. Sed quod omnium maxime admiratione dignum est, in iis inveniemus, quae infra sumus excitaturi. Praeterea

Richar-

* ALBERTVS ABBAS STA-
 DENSIS ad annum 1172. Vid. DV
 FRESNE f. voce hostis.

** Conf. BALVZIVS in not. ad
 capitul. Tom. III. n. 605. 601.

*** Conf. VDALRICIE ABEN-

BERGENSIS Cod. apud Eccard in
 corp. hist. Tom. II. p. 271.

† apud LEIBNIZ coll. Script.
 rer. Brunsvic.

†† Conf. annal. Corbeiensis ad
 annum 1191.

Richardus Romanorum rex de episcopis Alemanniae militibus tantopere gloriatur, vt nihil potius Angliae principi successor optare non erubesceret, quam vt eiusmodi episcopi ipsi quoque et regno eius contingent. Ita enim scripsit ad Eduardum: „Ecce quam animosos et bellicosos Archiepiscopos habemus in Alemannia, non multum vobis inutile reputantes, si tales in Anglia crearentur, quorum ministerio vti possent contra importunos rebellium vestrorum incursus“. Sed clava quam gesisse diximus Christianum Moguntinum alio nos abducit: Pasim ex historiae scriptoribus clavam gestasse militantes episcopos perspicimus, ** Et quid mirum? Scientes enim legibus contrarium, indignum esse episcopo manibus ferrum gerere, fortiore paululum usi baculo, qui in clavam denique degeneraret. Ita etiam GUILIELMVS BRITO Lib. II. Philippum Belicensem episcopum in praelio Bouinensi clava usum fuisse refert:

Sic plerosque alios clava ferrebat eadem,
Militibus super hoc titulum palmam que resignans,
Accusaretur operam ne forte sacerdos.
Gessisse illicitam, cui nunquam talibus inter
Esse licet, nec caede manus oculos que profanerat.

§. IV.

Tantopere corrupti sequenti tempore mores Clericorum fuere, vt non amplius dubitarent ad sacra los ordines et ad illa officia, quae votum olim et regulam desiderarent, etiam Seculares admittere; Quod feudorum ad sacerdotes translationem non parum illustrat. Canonici quoque Chrodogangi tempore

C 3

* Conf. RYMER act. Angl. T. I.,
Part. II. p. 26.

** Conf. MATHAEI manud. ad
ius Canon. C. III. T. III. p. 287.
ZIEGLER de episcopo milit.

pore humilitatis studiosissimi admiserunt ad ipsorum ordinem seculares. Cum enim adeo fuerint omnia inter seculum et Clerum communia, ut fere permisceantur, facili quidem conjectura perspici potest, feuda quoque ipsa demum communia cum Clero fuisse? Notissimum est Aquisgraneses Canonicos Caesarēm in ordinem suum recepisse. Etenim utrumque Maximilianum et Carolum VI, sollempni ritu receptos constat. Iusjurdum quod praestitit Carolus Imperator integrum extat apud ANTONIVM FABRVM: * „Nos Carolus, diuina fauente clementia Romanorum Rex, nostrae ecclesiae B. Mariae Aquensis canonicus, ad haec sancta evangelia juramus, eidem ecclesiae fidelitatem, et quod ipsa iura et bona eiusdem ab iniuriis et violentiis defensabimus, et faciemus defensari, cuius que priuilegia omnia et singula, et consuetudines ratificamus, approbamus, et de novo confirmamus. Nunc ad ipsam feudorum ad clericos translationem deveniamus.

CAPVT III.

Feudorum ad clericos translatio.

§. I.

Iam quod initio diximus, iterum moneamus necesse est, quod nempe de feudis secularibus, non de ecclesiasticis nobis quaestio sit, id que eo sollertia faciendum esse arbitramur, quo facilius feuda, si ad primas eorum origines recurras, inter se possis confundere. Quid enim, si BOEHMERVM sequaris, quid aliud feuda ecclesiastica, quam quae offeruntur episcopis hac lege, ut rursus ab ipsis in feudum aliis

* ANT. FABRI Staats-Cass-ley Tom. XVIII. p. 632. conf. v. D E R V S de canoniciatibus regum et imperatorum in eius opusculis.

alii dentur? Quam opinionem, post collectas allatas que ceterorum sententias, auctam argumentis multis et confirmatam ita amplectitur, ut hanc ceteris omnibus praevalere firmissime adseueret. Cum enim a Principibus laicis ultra bona offerrentur clero, ipsi clerici esse domini quam vallis maluerunt. „Vbi enim dux vel Marchio, aiunt clerici Bre-
„menses, * ybi in regno principatus, quantumlibet magnus,
„qui pontificibus manus non offerat, recusatus opportune, in-
„opportune se non ingerat? Certamin currunt, vt homines
„fiant ecclesiae et participes fiant beneficiorum eius. Vos
„igitur honorem hunc pessimum abit et infringatis iura magnis
„auctoritatibus edita? Dabitisne huic duci manus vestras,
„vt hoc exemplo incipient esse Principum serui, qui fuerunt
„Principum domini?“ Sed frustra conquestos fuisse, docent
multa antiquissimorum, et innumera pene recentiorum tem-
porum exempla, et ubique passim feuda ad Clericos fuisse
translata legimus.

§. II.

Neque enim commoneamus, clericos et capitula iam dudum ius gladii exerceisse, quod ex CARPOVIO ** comprobare possemus, qui cum negatum fuisset Capitulo Martisbur-ensi iuriis gladii exercitium, rem eo rediisse refert, vt exercitium poenarum non *immediate* ab ipso fieret capitulo, sed *brachio* committeretur *seculari*. Quod licet nobis videatur repugnare, repugnat tamen minime, et respiciendum est verbum: *immediate*. Mediate itaque, vt hoc verbo utamur, ad Canonicos et Capitula pertinere responsum, ipsis ius et sententiam competere: brachio seculari executionem. Quod vti ad ipsam substitutionem feudalem illustrandam plurimum facit

* Apud HELMOLDVM Lib. I. ** CARPOV. Lib. II. resp. 35.
Chron. Slav. c. 69. n. II.

cit, ita et illa rursus maximopere illustratur. Sed de hac postea.

§. III.

Ceterum non modo ius gladii, cuius supra mentionem iniecumus canonicos et capitula habuisse constat: Verum etiam aliis inuestitos fuisse regalibus, quae vulgo nomine der Weltlichkeit, comprehenduntur, expeditum est atque certissimum. Sic Otto M. fratrem Brunonem, cum illi ducatum concederet, regalibus inuestituit. Hoc initium fuisse videatur feudorum ad clericos translationis, vt regalibus primum deinde ipsis feudis potirentur. Da beginten zuerst die Bischöfse weltliche Rechte zu haben, das dachte damals unbillig manchen Manne, ait apud Gryphiandrum de Weichbildis Chronicon, * et ius feudale Alemannicum: ** Alle Bischöfse empfahent von dem Könige Münz und Zolle und entlich empfahendt Wahllohn und erliche Gerichte. Feudorum autem vexilli appellatione feuda secularia designari et viri doctissimi iam docuerunt, et nos sequenti capite sumus exposituri.

§. IV.

Accedamus nunc ad ipsa exempla, quae integra sic, vt in scriptoribus reperiuntur, referamus. Quemadmodum autem Caroli IV. Imperium maxime foecundum legibus, constitutionibus, diplomatis esse nouimus, ita mirum nemini videri debet, cum plurima exempla ex eiusdem temporibus repetita viderit. Ita vero Paulum episcopum Frisingensem inuestitum fuisse intelligimus, ex GLAFFELI anecdoto. ***

, Domi-

* Conf. Chronicon apud GRYPHI ANDRAVM de Weichbildis cap. XXVIII. *** Illustr. de GLAFFELI anecdoto. S. R. Imp. bish. et ius publicum illustrant, collectionem. no. LX. p. 100.

** Conf. Ius feud. Alem. c. XLII.

„Dominus Imperator infeudauit eundem Dominum Pau-
lum Frisingensem episcopum de vniuersis et singulis bo-
nis temporalibus, quae ab imperio tenere dignoscitur, re-
cepto ab ipso fidelitatis et homagii solito iuramento, ad-
hibitis solemnitatibus debitibus et consuetis. Presentium etc.
„Datum Bunne, Anno LX. etc. Per Dominum Cancella-
rium,

„Rudolphus de Fridberg..”

Huc etiam pertinet priuilegium Rudolpho de Lewer-
stein, canonico Herbipol. concessum apud eundem GLAFFEIVM.*

„Wir Karl bekennen etc. Daz wir angesehen haben
„die sterren getreven dienst die vns vnd dem Reich der Erber
„Rudolff von Lewenstein Korherre zu Wurzburg, vnser lie-
„ber andechtiger mit seinen eldern und freunden oft nuzlich
„getan hat, vnd furbaz tun wil, vnd mag in kumpftigen Zei-
„ten, vnd tun ihm die gnade mit Keyserlicher macht, vnd
„mit rechter wizzen, wer daz Sache daz der Edle Albrecht
„grafe zu Lewenstein sein bruder, on mannes leibes erben
abgienge, daz denn die herrschaft von Lewenstein, vnd
„waz derselbe Albrecht, von vns und dem Reich zu leben hat,
„an den Igenanten Rudolffen, an alles hindernuzz gevallen soll.
„vnd wann er ein geistlich man, vnd geweiht ist vnd solicher
„sehn nicht behalden mag. So geben wir im einen lebentrager den Er-
„wirdigen Albrecht Bischoff zu Wirzburg unsfern lieben Fursten
„und Andechtigen und seine Nachkommen Bischoue zu Wirz-
„burg, die in Zeiten werden daz Sie ym die egenante Leben
„seine liebetage als vormunde getrewlichen tragen fallen. auch
„in sulcher Bescheidenheit, wann er abget und gestirbet.
„daz denne dieselben Leben wider an uns und daz Reich
„Rechteleich gevallen. wer aber daz derselbe Rudolff lege
„wurde,

* No. CLXXXII. p. 277.

„würde und die egenante lehn an in veruiellen als douor begriffen ist, und er leibes maunes erben gewunne, so sulien „solche lehenrechte uff dieselbe seines mannes erben, nach „lehenrechte gevallen, und uff sie erben. Mit yrkund etc. „Geben ze Murenberg. 1360. An den nehesten Montag vor „sand Marien Magdalenen tag. Per Dominum Imperatorem „Ioannes Eystetensis.,,

Et Diploma Inuestiturae Ioannis Episcopi Gurcensis ab eodem Carolo IIII. datum:

„In nomine sancte etc. Karolus IVtus etc. Ad perpetuum etc. Si de cunctorum fidelium felici prosperitate etc. et prout in forma, sane eum Venerabilis Ioannis Gurcensis Episcopus Princeps et Deuotus noster dilectus a nobis et sacro Imperio. Regalia ecclesie sue Gurcensis acceptip. nobis que tamquam Romanorum Imperatori praestiterit fideltatis et obedientie solita Iuramenta. Nos attendentes sue fidei, quam erga nos et Sacrum gerit Imperium omnimodam puritatem. Animo deliberato, non per errorem aut improuide, sed de certa scientia, sibi et successoribus suis et Ecclesiae Gurcensis omnia et singula priuilegia, literas, Iura libertates, immunitates et gracias; que vel quas a diuis Romanis Imperatoribus seu regibus praedecessoribus nostris aut a nobis semper quibuscumque rebus, vsibus atque negotiis obtinuisse noscuntur, aequae cum omnibus suis punctis et clausulis de verbo ad verbum prout scripta seu scripte sunt eciam si Iure seu consuetudine deberet, de ipsis fieri mentis specialis, sub omni commodo ac si presentibus incerte vel exerte existerent. Approbamus. Ratificamus, et auctoritate imperiali plenissime confirmamus. Nulli ergo etc. Sub pena Mille Marcarum auri purissimi etc. Signum etc. Testes illustres Rudolphus Dux Saxoniae; Sacri Imperii Archimareschal-

Mareschalcus. Consanguineus noster. Et Rudolfus Austriae Styrie et Karinthie Dux, Gener et filius carissimus Venerabiles. Iohannes Olomucensis. Iohannes Luthomuslensis, Marquardus Augustensis et Theodoricus Mindensis Ecclesiarum Episcopi. Et spectabiles Burkhardus, Burggravius Nurembergensis, Heinricus Comes de Schwarzburg, et quamplures alii nostri Principes Comites et fideles. Presencium, etc. Datum Nuremberg, Anno LXV. Indicione XIII. Decembr. Id. Regnorum etc. Per Dominum Cancellarium, Henricus Australis.*

Porro hoc referuntur litterae Episcopo Curiensi Nurembergae ao. LXI. Indicione XIII. a XVI. Kalendas Ianuarii Regnorum datae. **

Sed iam a Carolo quarto ad subsecuta tempora transeamus. Varia de inuestitura Comitum de Ziegenhayn in Eysenbachios Petrum et Dietericum collata documenta habentur, quorum alter praesul erat ecclesiae Holzkirchenfis, de anno 1419. ***

„Ich Peter von Eysenbach Probst zu Holzkirchen, thun „kunt vnd bekennen fur Herrn Dietrichen meinen Bruder „vnd mich offentlich mit diesen Brief allen Leuthen die ihn „ansehen oder hören lesen, das die Edlen, meine genädige „libe Junckern, Juncker Johann vnd Juncker Gottfried, „Graven zu Ziegenheim vnd zu Midda Gebruder, mich vnd „meinen Bruder vorgenannt begnadiget, vnd vns zur rechten „Mannchen gelanhen haben das Schloß Eysenbach mit seiner zu- „gehör vnd anders alle de Guetern, also vnsere Alten Seli-

D 2

„gen

* Conf. GLAFFEY anecdote no. CCCLXIX, p. 492.

*** In III, de SENKENBERG, se-
lect. iuri et historiarum anecdota
Tom. V. fascicul. IV. 10. 23. p. 580.
etc.

** Ibid. no. CCCXX. n. 493.

„gen vnd Rorich mein Bruder von ihren Eltern vnd ihne
„bisher herbracht, vnd zu Mannlehen getragen kan, in
„aller Maasf, als dieser Brief hernach geschrieben steht, in
„halter und also lautet: Wir Johann und Gottfried Gebräu-
„der, Grauen zue Ziegenheim und zue Midda thun kund und
„bekennen offentl. mit diesen Brief, dass de Erbar Herr Peter
„von Eysenbach, vnser lieber Getreuer heut zue Tag datum
„dies Brief zu vns kommen ist gehn Ziegenhayn vnd uns ge-
„beten ihn und seinen Bruder Herrn Diethrich zue belehen
„mit dem Schloss Eysenbach und anders de Guettern wie
„sich die erfinden, die Herr Rorich ihre Bruder vnd ihre
„Eltern die von Eysenbach von unsern Eltern und uns em-
„pfangen und bisher zue mannlehn getragen hat, der Lehn-
„herr Rorich vorgenannt verleugnet hat, vmb solchen Freuill
„vnd Ungehorsam und Behaltniss vnsers Erbes und Lehen
„vorgeschriften, so haben wir den vorgenannten Herr Pe-
„ttern und Herrn Dietrichen Gebruder von Eysenbach vnser lie-
„ben getreuen beletet, und zue rechten Mannlehen geleiben
„und leyten in diesen Brief das Schloss Eysenbach mit seiner Zu-
„gehör und anders alle die Guetter wie sich die erfinden, die ihr
„Vatter und Eltern seligen von vnsfern Eltern und Uns
„herbracht und zue Mannlehn gebahrt, und getragen haben,
„sie treulich dabey schützen, schirmen und handhaben,
„als solcher Lehen Gewohnheit und Recht ist, und als
„de vorgenannt Herr Rorich gesprochen hat, Eysenbach
„ruhe zue Lehen von vnsfern Herrn und dem Stift zue
„Fulda, des wir hosten sich mit erfinden soll. Warumen,
„dass die vorgenannten Herr Peter und Herr Dieterich vn-
„ser lieben Getreuen darumb angelangt wurden von vnsfern
„Herrn von Fulda oder anderst jemand, das sollen und wol-
„len wir ihn helfen, verantworten, vvehren, und sie bey
„solchen Lehn treulich behalten, als wir das billich thun als
„, dick

„dick das noth geschicht, ohn alle Geuerde. Auch ist son-
„derlich beredt, dass das vorgenannt Schlosse Eysenbach uns
„und vnser Erben offen Schloss seyn soll, zu allen vnfern Nö-
„then, widder aller männiglich an widder sie, ohne alle
„Geuerde, wir oder die vnfern sollen auch daraus und in
„nicht gevehdet oder geschmehet werden im keine Weiss.
„War es auch dass wir selbst pflichtich würden, darumb
„möchten sie uns pfaenden recht und redlich one Geuerde.
„War es auch dofs wir uns de Oeffnung zue vnfern Nöthen
„zue Eysenbach also gebrauchen und daliegen würden, so
„so sollen wir ihn Burghut geloben und thun, also gewon-
„lich ist, Pfortnern, Thorhueter und Waechtern da lonen
„und keinen Vngefug treiben. Würde auch daselbst Schloss
„Eysenbach vnser Vehde halben verlohren, das sollten wir
„ihnen widder schlichten oder vns von der Vehde nicht
„frieden oder suhnien, ihn wär darumb Genüg geschehen
„ohn Geuerde. Furt ist beredt, wann und welche Zeit die
„vorgenannten Herrn Peter und Herr Dietrich zue vns kom-
„men oder ihre offene Brief uns senden und geben uns diese
„vorgenannten vnser Lehen |uff ein Theil oder zumahl
„und bidden uns damit zue belehnen Eberhardts Sohn von
„Bucherau, des Eltern, ihre Oheim und ihre Leben, also
„dass sie uns vor alle verbindlich werden und bleiben, der
„Bethen wollen wir sie gewehren, mit solchen Vnterscheidt
„als hievor gerutt ist, und geschrieben stehet, ohne Arge-
„list und aller Geuerdte. Des zue Uhrkundt kan wir Iohann
„und Gottfried etc. etc. und ich Peter obgenannt beken-
„nen mich vor mich und Herrn Dietherichen mein Bruder,
„dass ich die vorgefchriebene Lehen, also umb meine genä-
„dige Junckherrn entpfangen kan, in aller Maafs, als hie-
„bevor unterscheid ist, und geschrieben stehet, und kan
„darüber ihnen hand gefaldt gelobt, und vff meine priesterli-

„che Würdigkeit genommen, wie alles vorgerutet ist, statt, vest, und unverbruchlich zue halten, ohne Intrag, ohne Arglist und alle Geuerde. Des zue Urkund kan ich mein Ingesigel vor mich und Herrn Dietrich mein Bruder an diesen Brief thut kennen, usf Montag nach Sanct Kilian Tag, Datum, anno Domini Millesimo Quadringentesimo decimo nono.

Aliud silentio praeterire non possumus, quod apud CRAMERVM occurrit, argumentum graue, ex arcanis camerae imperialis penetralibus accersitum, quippe quae clericis capituli monasteriensis successionem in feuda permisit. Quin etiam teste SCHANNATO, EWALD FVLHABER Canonicus Moguntinus ab abbe Fuldeni postulauit, vt feuda quae post mortem fratris essent ad se peruentura in eius fratrem HEINZ FVLHABER conferrentur. * Restat illustre exemplum, dignum que cuius causa ex Germania paullum in Italiam concedamus, vbi nempe a. c. 1000. post obitum Francisci III. Mantuae Ducis ipsi in Ducatu successit frater Ferdinandus Gonzaga, Cardinalis. **

Factum igitur esse vt Clerici in feuda secularia succederent, et tabulis firmasse et exemplis satis docuisse nobis videmur; et quis nescit hodienum omnes episcopos, si feuda imperii possident, possident autem fere omnes, instar secularium Vasallos esse?

CAP.

* Conf. BECMANNI historia an-
balsina, SCHANNAT client. TRO GIOVANNI CAPRIA
Fuld. itemque CRAMERI Observ. TA.
Turis.

C A P. IIII.

Quo iure sibi Clerici feuda vindicent?

§. I.

Supereft, vt ostendamus, quonam iure Clerici sibi feuda vindicent. Coniungendum autem ita eſſe hoc caput cum praecedente putamus, vt illud ipsam feudorum ad Clericos translationem cum argumentis, hoc vel deſcenſionem vel excuſationem prouti res poſtulabit, conſin- re intelligatur. Primum autem omnium videtur eſſe expo- nendum, Clericos feuda poſſidentes dupli modo conſide- rari coepiffe. Dicti enim ſunt duas perſonas repreſentare, vt vocant, alteram eccleſiaſticam, ſecularē alteram; eccle- ſiaſticam, quaे muneri praefeffet ſacerdotali, ſtuderet pau- pertati, rebus ſecularibus abſtineret, bellum et arma fu- geret; ſecularē vero quaē feudi inuestiretur, negotiis in- tereffet ſecularibus, feruitia militaria aut ipsa praefaret aut per alios praefari curaret. Quae diſtinguendi ratio alibi etiam in rebus publicis ſibi vindicat locum, vt v. c. Princeps Imperii regia dignitate et nomine, duobus conſider- tur modis. Eadem perſona et ipsa imperat, et legibus ſubeft. Etenim eundem Regem videas omnibus honoribus perfrui, omnibus iuribus, quaē, cum regia maiestate fo- lent eſſe coniuncta. Mox etiam eundem, tanquam Prince- pem coercri legibus Imperii fundamentalibus, et Impera- toris agnoscere auſtoritatem. Quod ſi recte conſideres, non abſonum videbitur, Clericos eandem diſtinctionem ad ſuos mores tranſuſiſſe, quam tamen non tam latius diſcu- tere, quam lectoribus ad diiudicandum relinquere ani- mus eſt.

Quin

§. II.

Quin ipse etiam Pontifex, vtpote fons omnis iurisdictio-
nis clericorum, Princeps factus est secularis. Non enim
tantum eas terras possidet, quas ecclesiae statum vocamus,
sed alias etiam multas et maximas ditiones in potestatem
suam redegit. Ibi leges dare, vestigalia imponere, mone-
tas cudere,* et omnia omnino regalia exercere eum,
quis ignorat? Praeterea Pontificem et feuda dare, et
vasallagia exigere posse multis iis que antiquissimis exemplis
facile efficere possemus; Sed consilio nostro suppetit vnum
illud Clementis XI, qui Ducatus Parmae et Placentiae,
postquam feuda aperta facta erant, ad se redire debere
acriter contendit. Bella autem gessisse, foedera iniisse,
paces fecisse, exercitus aluisse quis historiae tam parum gna-
rus est, vt de ea re dubitet? quis adeo hospes in iure
publico, vt iure superioritatis territorialis non recte et va-
lide ea omnia gessisse Pontificem putet? Notissima sunt
Innocentii III, Iulii II, Alexandri VI, exempla, quos bel-
licosissimos fuisse historiae monumenta testantur. Notis-
simum est, tantam esse Romani Pontificis secularis potes-
tatem, vt dominus dominorum ac rex regum habeatur.
Sed his iam non disquirendi est locus, cum a doctis homini-
bus satis super que disputata sunt. Nos autem tantummo-
do potestatem Pontificis secularis probare voluimus.

§. III.

Ecclesia dicitur Vasalla, et ait C R A G I V S: „Non tam in
„hoc genere spectari personam episcopi, quam ipsam ecclesi-
„am,

* S I X T V S IV. primus dicitur effigiem in monetis cudi iussisse.

„am, cuius tantum durante vita sua Praelatus est administrator ideo que prouafallus.“ Iam que nullo habito discrimine Praelati ad feuda admittebantur, certis tamen, quas postea dicemus, legibus. Et cui non nota sit inuestitura per baculum et annulum, quae iura ecclesiastica candidato concederet; et inuestitura per sceptrum, quae iura secularia? Eam autem sub Henrico V. ao. ccccxxii. inuentam esse nouimus. Sicut autem baculo imperium in inferiores clericos, annulo desponsatio cum ecclesia denotabatur: Ita sceptrum iura principis secularis et Vasalli feudalis tribuebat. Inuestitutram, quae fit per baculum et annulum sibi reseruauit Pontifex, alteram per sceptrum Imperatori in Germania concessit. Continetur haec conventio apud ABBATEM VRSPERGENSEM „Ego, Callistus, seruus seruorum Dei, dilecto filio „suo Henrico, Dei gratia Romanorum Imperatori Augusto, „concede electiones episcoporum et abbatum Teutonici regni, quae ad regnum pertinent, in praesentia tua fieri abs- „que simonia et aliqua violentia, vt si qua inter partes di- „scordia emerserit, Metropolitanu et prouincialium consilio „vel iudicio seniori parti auxilium et assensum praebeas: „Electus autem regalia per sceptrum a te recipiat, exceptis „omnibus quae ad Romanam ecclesiam pertinere noscuntur, „et quae ex his iure tibi debet, faciat. Ex aliis vero parti- „bus imperii infra sex menses regalia per sceptrum a te re- „cipiat.“ Quod gravissimum est feudorum ad clericos trans- lationis argumentum. Ex eodem inuestiendi modo orta est feudorum in sceptri et vexilli diuisio. Inde *Ius Alem.* pro- c. CLVIII. Der Kayser soll leihen, allen geistlichen Für- sten ihr Recht mit dem Scepter und weltlichen Fürsten mit der Fahn, et *Ius prou. Saxon.* lib. III. art. 60. Der Kayser leihet allen geistlichen Fürsten Lehn mit dem Scepter, und allen welt-

weltlichen Fürsten Fahnen leitet er mit der Fahnen.
 Etsi autem baculus et annulus proprius ad Clericos pertinebant,
 tamen in secularibus etiam infeudationibus ad hibitos fuisse
 docet du FRESNE in Glossar. s. v. *inuestitura*. Pari modo Ru-
 dolphum Habsburgicum sceptri loco cruce vsum fuisse, ex FRE-
 HERO ** colligimus, quo in loco simul iuramentum fidelita-
 tis a Vasallis Clericis praestandum, eius que varias formulas
 exponit: „Rudolphus statim exegit a Principibus clericis et lai-
 cis fidei iuramentum. Quod cum recusarent, propter sceptri
 „absentiam, ipse electus signum crucis accipiens talia dixisse
 „fertur: Ecce signum, in quo nos et totus mundus est redem-
 „tus, et hoc signo vtamur loco sceptri. Et deosculata cruce,
 „omnes Principes tam spirituales quam世俗的 ipfam crucem
 „loco sceptri osculantes, recipientes feuda, sibi fidelitatis iura-
 „mentum praestiterunt.“ *** Non tamen perpetuo hoc inue-
 stiture genere vsi sunt Imperatores, sed gladius ipsi successit,
 cuius conum iisdem adhibitis solemnitatibus deosculantur Va-
 falli clerici, eodemque modo praestant iuramentum fidelitatis
 ac secularis. † Quin immo ferutia militaria ab ipsis exacta
 docet DV FRESNE Glossar. *voce hastis*, et remissione opus
 fuisse in bellum proficiisci nolentibus ostendit ITTERVS, et
 nos met ipsis probauimus Cap. III.

Quid hodie circa eam rem obtineat, postea videbimus.

§. IV.

Iam ad ipsas leges deueniamus, quibus Clericis adqui-
 sitio feudorum permittitur; concedi autem vidimus. Quod
 apud

* Conf. GLAFFEY Anecdot. n.
 432. Infeudauimus et inuestiuimus
 „eum (abatem) per sceptrum, Im-
 „perialis (vt moris est) eminencie,
 „osculo comitate etc.

** Tom. I. Collect. Script. re-
 Germ. p. 388.

*** vid. STRYKIVS in exam-
 iur. feud. eiusque app. n. 14.

† ITTER de feud. Imp. Cap. IX.
 §. 33. p. 507 - 511. et quos ille al-
 legavit p. 510. WINZLERVS et
 REISKINGKIVS I. de Reg. Sec.
 et Eccles. et 4. c. 16. n. 16. seq.

apud Francos liceat, testem habemus DVAREN V M qui cap. VI.
 dicit: „introductas esse consuetudines feudorum ad Clericos transferendorum corruptis iam moribus ecclesiasticis, corrupta iam disciplina ecclesiastica; inopportune tamen adiicit: „hoc iure nos vti contra veteres canones, contra ipsum ius Langobardicum.“ Primum enim iam Cap. II. obseruauimus, textus iuris Langobardici agere de successione in feudis non de acquisitione eorum. Quin potius *I. P. 40.* Ius Langobardicum ait: „Item si clericus, veluti episcopus, abbas, beneficium habens, a rege datum non solum modo personae, sed ecclesiae, ipsum propter suam culpam perdat, eo viuente, et ecclesiasticum beneficium vel honorem habente, ad regem pertineat, post mortem vero eius ad successorem eius reuertatur.“ Ex his facile cognoscatur, iure Langobardico minime Clericos ab acquisitione feudorum excludi, eandem que Clericis esse cum secularibus rationem. Feudum possidet Clericus; feloniam committit, perdit feudum: Quid apertius? Quod si a iure feudali Langobardico ad Alemannicum transreas, similem dispositionem reperies. Expressa sunt *Iuris Alemanni* verba *C. III. §. 3.* „Ist das eine Frau oder Pfaff das Reichs Gut empfahet von dem Reich, das indgen sie wohl zu Lehn haben, als sie beyd von ritterlicher Art sind. Ein jeglicher Pfaff, der von ritterlicher Art ist, mag wohl behaben zu seinen Leib Lehen. Er mag es aber nicht hinleihen, noch anders nichts daran gethurn, dann mit des Herrn Willen. Und hat ein Pfaff einen Bruder, und empfahet er ein Lehn mit dem Bruder, mit Lehnshand, auch mit ihm ein Nutz und Gewahr ist, und sterben sie ohne Lehns Erben, ihnen bleibt das Lehns Recht in den Rechten, und hiebevor geschrieben ist.“ Hoc itaque vti vides ius ne successionem quidem vetat clericis. *Ius Feudale*

* Conf. LVNING Corp. iur. feud. Germ. Tom. I. p. 328.

dale Saxonicum: „Welcher Herr dieser einen (nempe clero) „ein Guth leyhet, daran haben sie wohl Lehnrecht in dem Gu- „the. Quid? Quod peculiarem Saxonia exhibet constitutio- „rem, ** quae admittit ad feuda clericos, eos que minime a suc- „cessione arcet. „Dass die geistlichen Personen aus der Lehn „Güter Succession nicht können noch sollen ausgeschlossen wer- „den, sitemahl sie ihr Lehn durch andere Substituirte gegen „dem Lehn Herrn verdienen können, dessen sind Unsere Ver- „ordnete einig.

„Hieraus folget auch; dass vielweniger die Ordens Herrn „und milites hierosolymitani in Succession derer Lehen Gü- „ter können ausgeschlossen werden. So viel aber die Mön- „che betrifft, so sie das Kloster Leben verlassen, und sich des- „selbigen ganz und gan begeben so sollen sie künftig und hinfüh- „ro in Succession der Lehn Güter auch zugelassen, und darauf „allenthalben in unsern Landen also erkannt und gesprochen „werden.

„Nec non Rescriptum d. 7. Sept. 1734. Rittergüter dürfen „Bauern nicht adquiriren, werden auch nicht zur Mitbe- „lehnshafft admittiret, es wird aber dieses von solchen ver- „standen, die noch wirklich Bauern sind, nicht aber von dem- „selben oder ihren Sohnen so Meister oder Burgerrecht er- „langet, oder sonst Conditionem verändert, oder in geist- „lichen, civil und Militairestände zu Ehrenämtern gelanget. His bene et accurate perpensis, quid superest quam ut ad ipsas leges iuris Canonici nos conferamus, quae Clericum non a feudis tantum non excludunt, sed adeo, vbi lis fue- rit orta super re ad ecclesiam non pertinente seculare forum adire iubent. „Sic, c. VII. X. de foro competente, Verum, „inquit, quoniam de quibusdam feudis aduersus praepositum quae-

*Conf. constit. Augusti et Io. Georgii Elect. Sax. a Breuningio editas.
P. III. const. XXVIII.

„quaestio mota fuit: Statuimus, vt, ex quo episcopus fuerit
 „in eccles. consecratus, de feudis ipsis sub suo iudicio cognos-
 „catur, si ad ecclesiasticam cognitionem pertineant, alio-
 „quin imperiali bene placito, (sicut iustum fuerit) relinqu-
 tur.“

§. V.

Vidimus itaque Clericum omnino feuda posse adquirere, et satis est, id Pontificiorum ipsorum exemplo, inuestitura per sceptrum, legibus tandem iuris Langobardici, Alemanni, Saxonici effectum fuisse. Nunc ne quis imprudentes et sine restrictionibus opinionem nos amplecti putet, cum ipso **MENOCCHIO** * casus fingamus septem, quibus succedere Clericos et posse et non posse existimamus.

I. Quando agitur *de feudo recto, vero, ac proprio*, Clerici in iis succedere *non possunt*, partim ob praefanda seruitia militaria, recte et vbique clericis prohibita, quamvis etiam contra regulam in bellum profectos, clavaque pro ferris vlos aliquos legamus; partim quod in feudo personae eligitur industria. *Potest* tamen *per Substitutum* seruire, quod ex Friderici Imperatoris verbis apparet: „Firmiter enim statuimus tam in Italia, quam in Alemannia, quicunque indicta publica expeditione vocatus a domino suo in eadem expeditione spacio competenti temere venire supersederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contemserit vel dimidium redditus feudi vnius anni domino non subministraverit, feudum quod ab episcopo vel alio domino habuit, amittat; et dominus feudi in vlos suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem.“ Menochius tamen substitutionem nihil ad Clericos pertinere contendit, sed ad habiles tantum in quibus

E 3.

perfo-

* IAC. MENOCCHIVS de arbitrar. iudic. quaestio[n]e et Causis, Lib. II.
 Cent. III. Caf. 231.

personae industria electa. Sed, cur substitutio, si persona ipsa
est habilis? Tunc non opus est substitutione. Vidimus au-
tem priuilegio Caroli IV. pro Rudolpho de Lewenstein pau-
lo ante allato ej substitutum fuisse Episcopum Herbipolitanum.
Deinde etiam ex alio quodam Caroli IV. diplomate cognos-
cimus, quod apud GLAFFEIVM euoluitur no. CCCXIII.
„Wir Karl etc. bekennen &c. Wann der Erber Leutolt von
„Krenkingen Tumpfrobst zu Strasburg, vnser lieber andech-
„tiger Seine Vesten zu Hutemburg bey der Stadt zu Tungen,
„die sein ledig frey eigen ist, und vns vnd dem Reich ledigli-
„chen uff geben hat, vnd hat di mit allem iren zugehörigen
„von vns vnd dem Reich zu rechten manlehn empfangen vnd
„vns und den Reich gefworin sich und seine nachkommen
„ewiglich, getrewe, gehorsam vnd vnterthenig ze sin, gelich
„als andere des Reich Dienstmann, von fulchen lehen durch
„recht und gewohnheit schuldig sein eze tun, vnd daz vns vnd
„dem Reich vnd allen vnsern amptleuten und dienern dieselbe
„veste offen sein sol zu allen vnsfern vnd des Reichs Lehen
„vnd noten, wider aller menglich neymand ausgenom-
„men, als oft des not geschicht, doch an yren (GLAF-
„FEY legendum putat Schaden suchen.) So meynen vnd
„wollen wir yn und den Edlen Iohans von Krenkingen seinen
„bruder vnsern und des Reichs lieben getreuen gleich als
„andere vnsere vnd des Reichs Dienstmann zu iren Rech-
„ten gedielichen schirmen vnd versprechen, vnd wann
„er ein pfaffe ist, und fulchen lehen von rechte nicht gebaben
„mag, so geben wir yn zu einem lebentraeger den egenannten Io-
„hans von Krenkingen seinen Bruder und so er abgienge, de
„edelsten seynen lehns erben, daz ym die fulche lehen als vor-
„mund getrewelichen tragen sollen. Dieweil er leibt, wer
„auch daz er abgienge vnd dieselben lehen nyemanden an-
„ders gebe, oder vermechte so fullen sie uff de egenanten
Iohan

„Iohan von Krenkingen, seinen Bruder vnd seine erben.
 „Doch mag er sie geben, verschrieben, versezen, und be-
 „kummern wem er will und soll ym soliche vormundschaffe,
 „und lehentragunge nichts daran hindern. In fulcher beschei-
 „denheit, wenn er sie gebe, verschriebe, verfeze oder mech-
 „te, daz de vns vnd dem Reich schuldig vnd verbunden sei
 „ze tun vnd eze dienen, als ander Dienftman, vnfer und
 „des Reichs von fulchen Lehen pflichtig vnd schuldig sein
 „von gewohnheit oder von rechte in dheine Weit Presen-
 „cium &c. Per Dominum Mindensem Iohannes Eysteten-
 „sis.; Quin etiam verba: wann er ein pfaff ist, ad clericor-
 rum praecipue procuratores pertinere videntur.

II. Quando Clericus ad feudum admitti cupiens clericius est *regularis*, quippe *cuius ordo et religio non idonea bonis possidendi censetur*, quales sunt religiosi ordinis S. Francisci, non admittitur. Habetur enim pro mortuo, si vel maxime ad Cardinalis fastigium euectus fuerit. Cum enim adstricti sunt voto paupertatis, castitatis et obedientiae: Opus est *venia Pontificis*.

III. Quando agitur de feudo *vbi commodum praestatur quoddam seruitium personale*, omnino possunt Clerici succedere. Et ibi Menochius exemplum commemorat hoc, si diebus festis cum vxore domini ire iubeatur in ecclesiam.

III. In feudo *improprio*, pro quo *seruitium praestatur reale*, scilicet annuus census, potest succedere Clericus secularis etiam Cardinalis et Monachus, dummodo eius religio bonorum sit capax.

V. Quando feudum concessum est *sibi et quibuscumque successoribus*, tunc succedere posse et seculares et regulares Clerici intelliguntur.

VI. Reste admittitur Clericus in feudo franco, vbi nullum praestatur seruitium.

VII. Quando feudum concessum fuit nulla alia seruitii facta mentione, sed secundum propriam feudi naturam simpliciter, neque admittitur substitutus, Clericus non succedit.

§. VI.

Restat ut de Clericis protestantium, deinde de diversis locorum consuetudinibus paucis dispiciamus. Non autem videmus, cur successio feudorum non ad protestantium clericos sit referenda, quod eo magis persuasum habemus, quo minus coenobiorum votis sunt obnoxii. Quod ipsum nouis quotidie exemplis confirmare inuenimus. Sed maxima ratio est habenda loci et consuetudinis. Ita enim MENOCHIVS in Alemannia et Italia potissimum clericorum successionem obtinere perhibet. „Omnia hic regit consuetudo, liceat enim tot allegatis addere verba Viri Illustris et summopere feudali de iure meriti liberi BARONIS DE SENKENBERG, ex aureo libello, quem primas iuris feudalis lineas vocat, P. II. c. VIII. de personis feud. dant. et adquir. §. 171. depromta: „Omnia hic regit consuetudo et integrae prouinciae sunt, vbi et Clericos et mulieres diuturno vsu ita ferente, feudorum citra villam controversiam capaces videas. Sunt vero regiones quaedam, vbi deficientibus concessionibus peculiariibus nemo Clericus ad feuda admittitur, ex quibus vel solam Austriae commemorasse sufficiat.* Iam autem, circa feuda clericorum que successiones iusto forsan diutius commorati ad iudicium de diutiis et potestate Clericorum, in quo ferendo, quantum quidem de rebus publicis iudicare poterimus, faciemus periculum; non immodeste, hoc enim a toto nostro libello abesse volumus, sed vti

* CORN. BURGERMEISTER Cod. Dipl. equ. P. III. p. 646.

vti iustiem decet, dubitanter ac timido animo, sola que lectorum confisi et aequitate et benevolentia, alacriores properabimus.

CAPVT V.

Quam vim feudorum ad Clericos translatio habeat ad rempublicam?

§. I.

Cum tantam esse Clericis potestatem, tantas diutias vide-
rimus, vt ipsos Principes seculares aequarent, atque adeo superarent; pariter que disquisuerimus, an de iure canonico et feudali sit, eosdem feudorum participes reddi: ultimam quoque quaestione, consulante ciuitati potestas et opulentia clericorum, sub examen vocabimus. Est autem ante omnia dispiciendum, in qua verferis ciuitate. Si sit Respublica et Democracy sedulo omnes debent prouidere, ne nimis diutiae et potestas hominum ecclesiasticorum augeantur. Quodsi vero de Monarchia et despotica in primis sit quaestio, vilissimum videtur, omnibus oppressis, clerum rerum publicarum tueri aequilibrium. „Autantque le pouvoir du Clergé est dangereux dans une republique, ait MON-
TESQUIEU, * autant est il convenable dans une monarchie,
„surtout dans celles, qui vont au despotisme.“ Et ad Hispaniae et Lusitaniae exemplum provocans pergit; „Ou en se-
„roit l'Espagne et le Portugal depuis la perte de leurs loix,
„sans ce pouvoir, qui arrête seul la puissance arbitraire?
„Barriere toujours bonne, lorsqu'il n'y en a point d'autre:
„car comme le despotisme cause à la nature humaine des
„maux effroyables, le mal même qui le limite est un bien..“

Egre-

* De l'Esprit des loix Tom. I. Livr. II. Ch. 4.

Egregie idem, et quo nomine appellem diuinum auctorem? Principes mari comparat, quod cum totam terram demergere et deuorare minetur, herbis tamen et littoribus, quo minus cursum perficiat, cohibeatur; ita et illos vel leuissimis interdum obstaculis retineri, et quorum nulla vi cogatur animi atrocitas, saepissime fleti precibus et lacruminis posse. Quamobrem in eiusmodi ciuitate, ea tamen quae semper et ubique commendanda est prudentia, clericorum potestatem et opulentiam augeri quam diminui satius est. Nam ferendum est malum, quod, quominus maiora eueniant, impedit,

§. II.

In malis autem quae ex nimia opulentia et auctoritate Clericorum prouenire solent, depopulationem praecipuum esse persuasum habemus. „Le mal presqu' incurable est, lorsque „la depopulation vient de longue main par un vice interieur „et un mauvais gouvernement.“ Et paulo post: „Les païs desolés par le despotisme ou par les avantages excessifs du „Clergé sur les laiques en sont deux grands exemples..“* Quis non nouit, quantum detrimenti a potestate clericorum ceperint eae prouinciae, quarum aut gubernatores nescio quo feroore abreptos omnia sine discriminé bona magno et iuriu-
rum et aeriariorum suorum damno in coenobia et ecclesiasticos contulisse, aut quos religionis amore seu erga clericos homines obtemperatione adeo captos fuisse scimus, ut vel prima hominis officia negligentes diuersae religioni addictos homines, quamvis utilissimos optimosque ciues, vel regione expellere, vel in eos, quod immanius est, igni ferro que-

* MONTESQVIEV *esprit des loix*, Tome III. Livr. XXIII. Ch. 28.

saeuire non dubitauerint. * Deinde, vt ad aliud ex arte politica de promtum veniamus, certissimum et in aprico est, familiiarum salutem, cum in ea Principis felicitas posita sit, augeri, bona que illis confirmari debere. Ergo, si bona ciuibus adimit, vt ad Clerum deuoluat, suae ipsius saluti detrahit, cum, quod clericis et monasteriis oblatum est, pro mortuo quasi et abieicto habeatur.

„Les familles particulières, ait laudatus MONTESQUIEU, ** peuvent périr : ainsi les biens n'y ont point une définition perpétuelle. Le Clergé est une famille, qui ne peut pas perir : les biens y sont attachés pour toujours, et n'en peuvent pas sortir. Les familles particulières peuvent s'augmenter ; il faut donc, que leurs biens puissent croître aussi. Le Clergé est une famille, qui ne doit point s'augmenter : les biens doivent donc y être bornés.

§. III.

Praestabat tamen, feuda potius dare Clericis, quam bona allodialia : Quod facile, si ad primas origines recurras, intelliges. Nam vero vniuersa fere ab Imperatoribus Europa capta, militibus praeprimis opus erat, qui expugnatias prouincias defendebat. Distribuerunt igitur, quibus ipsi non sufficerent, prouincias militibus, eam que voluerunt esse legem huius vasallagii, vt hi dominium ipsorum agnoscerent, vtque exercitum alerent, qui ipsos ad bellum sequeretur. Cum vero subinde homines, quorum imbecilles animi facile superstitione

F 2

tiosa

* Maximum atque grauissimum damnum passa est Gallia ex eo, quod Ludouicus XIII. reuocato anno 1685. Edictio Nanetenſi, ut vocare solet, purgaret. In qua re vehementer errasse featum sentiebat, cum experie-

batur, se meliorem subditorum partem expulisse, conf. *Accord parfait de la nature, de la religion, de la raison et de la politique*, (à Leiden 1753. T. II. 8.)

** *De l'Esprit des loix*. Tom. III. Livre XXV. Chap. 5.

tiosa concipiunt, vano religionis feroore incitati vltro terras suas et bona Ecclesiae offerre coepissent, nonne tum quidem prudenter egerunt Imperatores, cum ipsi feuda Clericis conferrent, eos que iuramento fidelitatis sibi obstringerent? Deinde cum gentium deuictarum cresceret in dies ferocia, adeo ut verendum esset, ne ipsae fatali rabie desciscerent, in quo quaefo Imperatores maius subsidium, quam in Clericorum amicitia, quaerere poterant, quippe qui facili negotio seditiosos animos religionis terrore frangerent, et coercent? Est in eam rem testimonium GVLIELMI MALMESBURIENSIS: „Imperator, inquit, omnes Episcopos et Abbates, Regni sui, quod citra montes est, fautores habebat, quia Carolus M. pro contundenda gentium illarum ferocia omnes pene terras ecclesiis contulerat, confiliofissime perpendens, nolle sacri ordinis homines tam facile quam laicos fidelitatem Domini reiucere, praeterea, si laici rebellarent, illos posset excommunicationis auctoritate et potentiae seueritate compescere.“

§. III.

Sicut autem omnium rerum quasi naturali lege mutatio est: ita quoque pristina rerum in Germania facies admodum fuit immutata. Fines imperii contracti; feudorum quoque paulatim alia ratio; et eorum praecipue, quae episcopi tenebat numerus magnopere auctus. Maior subinde clericorum auctoritas, iura cum plura tum ampliora. Et quis immensis illis profusionibus diminutam admodum Imperii et maiestatem et auctoritatem; potentiam contra opulentiamque clericorum maxime auctam esse, non intellegat? „Vt cunque tamen, ut verbis utar auctoris grauifimi,

„similitteri, ita se res habeat, si veram Germaniae felicitatem ex genuinis suis principiis aestimare et metiri velimus,“ (dixerat autem maximum istis largitionibus Imperio adlatum detrimentum) „postquam tamen hodie alia rerum facies inducta est, inconsultum fortassis fuerit, hic aliquid innouatum ire; contingit enim nonunquam, ut necessarium in Republica malum detur, cui si quis medelam adhibere vellet, verendum esset, ne medela ipso malo periculosior totam Reipublicae nauem infinitis turbis inuolueret, et tantum non submergeret.“ Omnem autem potestatis episcoporum in Germania immutationem quantumvis in ceteris etiam Clericis indulget, difficillimam tamen ipse fatetur SEVERINVS MONZAMBANVS; Verum quid morbidus Germaniae status patiatur, facile apparet, quem omnis mutatio magnis concutere motibus potest. Ergo maneat sane isti Episcopi et tam opimis ditionibus fruantur; dummodo meminerint, se easdem Germaniae debere, et se Germaniae principes esse; qui busque adeo Germania magis quam Roma sit amanda.

§. V.

De finibus Clericorum diuitiis constituendis pauca dicturi quem meliorem sequi possemus, ducem, quam librum de legibus. Ille autem non tam vi admendas esse putat, quam prudentia potius et cautione, cum in genere prudentioris legislatoris sit, vbi alii vim adhibent et arma, arte et consilio propositum consequi. Ita vero differit: „Au lieu de defendre les acquisitions du Clergé il faut chercher à l'en dégouter lui même; laisser le Droit, et ôter le fait.“ Et paullo post: „Rendés sacré et inviolable l'ancien et nécessaire domaine du clergé; qu'il soit fixe et éternel comme lui, mais laissés „sortir

„sortir de ses mains les nouveaux domaines. Permettés „de violer la regle, lorsque la regle est devenue un abus; „souffrés l'abus lorsqu'il rentre dans la règle.“ Digna vti- que, cuius nos vix primas lineas duxerimus, quae a no- strī auei MONTESQVIEVO (sibi contigisse GVTH- SCHMIDTIVM laetatur Saxonia) pertractetur materia.

PER ORATIO.

At satius videtur finem libello facere, quam abuti le-
ctorum indulgentia, eorum scriptorum memores, quos
errorum facilius quam prolixae verboſitatis impetratiſe ve-
niam intelleximus: Eadem enim scribentium est ratio
quam in communi vita loquentium, vt, quo magis sibi
quisque placeat, eo maiorem sibi putet concessam facul-
tatem garriendi et obtundendi aures hominum. Nos ve-
ro ab isto vitio alieni, nunc demum, licet nondum satis-
fecisse materiae metuamus, ne iam nimis quibusdam abusi-
videamur lectorum patientia veremur. Si quid autem est,
quod lectori, putamus autem aequum et eruditum, dispi-
ceat, siue fit nimia libertas, siue ipsa materiae pertractatio,
id corrigat, emendet ac humane ignoscat: Non enim in
iuene, vt viris aetate et doctrina conspicuis sit aequalis,
requiritur, sed vt spem faciat ipsis aliquando propius acce-
dendi, et vt spernat, a quo discere possit, neminem.

E M E N D A N D A.

- p. 7. lin. 3. pr. *auctoritatem?* leg. *auctoritatem*,
p. 8. lin. 4. pr. *videamus* leg. *videamur*
p. 8. lin. 12. pr. *scilicet* leg. *scilicet*
p. 14. lin. 24. pr. *Fleis-heri* leg. *Flei-scheri*
p. 16. lin. 22. pr. *Quia ratione* leg. *Qua ratione*
p. 18. lin. 11. pr. *Caroli Marelli* leg. *Caroli Martelli*
p. 21. lin. 3. pr. *gloriatur* leg. *gloriatus*
p. 24. lin. 17. pr. *Wahllohn* leg. *Vahnlehn*
p. 35. lin. pen. pr. *ne successionem* leg. *tantum successionem*
p. 41. lin. 20. pr. *Autantque* leg. *Autant que*
p. 43. lin. 22. pr. *defenderet* leg. *defenderent*
p. 44. lin. 27. pr. *tenebat* leg. *tenebant*
-

ACADEMIA

Academia Academica
Academie der Wissenschaften zu Berlin
Akademie der Wissenschaften zu Berlin


ULB Halle
003 719 014

3



1078





B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DE

IONE FEVDORVM
CLERICOS

TATIO INAVGVRALIS

QVAM

ECONSVLTORVM ORDINIS
CTORITATE

PRO

S V M M I S
E IVRE HONORIBVS
T O R I O P E T R I N O

MAII MDCCCLXVII

VBLICE DEFENDET

AVCTOR

FERDINANDVS LINDEMANN

DRESD

I VS Q V E B A C C A L A V R E V S

L I P S I A E

FICINA LOOPERIA

1767 24. 365.